



**Collegium Universi Juris Canonici**

**Engel, Ludwig**

**Salisburgi, 1693**

4. De Mutuis. Petitionibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](#)

la & fide digna esset, juramentumque al-  
fensa, nuncquam sibi citationem factam  
esse illi magis, quam nuntio credendum fo-  
ter.

<sup>13</sup> Rebus citatio est, quā persona propter  
debitum, & alienum, aut aliam justam  
causam apprehenduntur & arrestantur.  
Hec citatio quamvis regulariter in crimi-  
nibus procedat, tamen quandoque in ci-  
vibus etiam locum habet, si vel reus in  
commodo nimis contumax, vel de fuga  
subiectus sit, nam debitorem de fuga tu-  
spicium posse etiam per ipsum creditorem  
apprehendi & Judicii tradi, textus est in l.  
aut prator. 10. §. si debitorem. 16. ff. Que  
in fraudem creditorum. Dummodo  
creditor liquidum & contractum eo tem-  
pore, quo debitor adhuc fit locuples & in-  
tegra h̄ dei, ne aliquid possit imputari,  
quid cum minus idoneo contraxit. Videau-  
tur Gail. Lib. 2. observ. 44.

Huc pertinet ut quislibet, utrum iudex  
in causis criminalibus indistincte possit tecum  
statim citare realiter, & ita incipere à cap-  
tura? n. Ex Mynsing. Cent. 5. observ. 6.  
magis esse receptam sententiam capturam  
suo incarcerationem non nisi praemissa causa  
sive cognitione facienda esse, in qua Judex  
confidere debet, an crimen tam atrox sit,  
ut probabilitate dubitetur, ne reus metu-  
peccata auffugiat; item an persona dignitas  
non obliter reali citationi, an poena tantum  
pecuniaria sit, ad quam solvendam reus suf-  
ficiens habeat facultates, per text. no-  
tib. in l. 1. ff. de Custodia & exhibitione  
reorum.

Edicitalis citatio dicitur, quae sit per pub-  
licum edictum in aliquo loco publico affixum,  
que tamen non indistincte pro libitu  
iudicis, sed certis tantum casibus fieri per-  
mititur, qui sub hac generali regula com-  
prehenduntur; quando reus aliter citari  
Engel in DECRET. LIB. II.

non potest. Unde si reus latet, si vagabun-  
dus, si contradictores sint incerti, ut in sub-  
hastitutione vel inventione bonorum de-  
functi, ad hunc citandi modum devenien-  
dum erit.

Sed quanto tempore tale edictum affix-  
um esse debet? n. Hoc pendere ex arbitrio  
judicis, qui estimabit, utrum h̄ē pū-  
blica citatio verisimiliter in citati notitiam  
pervenerit, quare ut facilis divulgetur, &  
in notitiam veniat, non in uno loco tantum,  
sed ad minus duobus vel tribus locis edi-  
ctum affigendum erit.

## TITULUS IV.

### De Mutuis petitionibus.

#### SUMMĀRIA.

1. Reconvenio coram eodem judge quare introducta est & ejus effectua.
2. In causis criminalibus & executivis non datur reconvenio.
3. Nec in causa appellationis, vel spoliis.
4. Excommunicatione reconvenire non potest.
5. Reconvenio non datur, si causa sit talis, in qua iudex non potest cognoscere.
6. An clericis agentibus Laicum in foro seculari possit reconveniri?
7. Reconvenio durante eadem lite semper proponi potest.
8. Causa conventionis & reconventionis simul tractande & terminanda sunt, nisi de una prius liquatur, quam de altera.

Cōntingit aliquando, quod reus cita-  
tus in iudicio compareat, & ipse quo-  
que actionem aliquam vicissim contra  
actorem & libellum proponat, eundemque  
super alia causa conveniat, ideo post supe-  
riorem titulum de Libelli oblatione se-  
quuntur iste de Mutuis petitionibus, sive quod  
idem est, de mutuis Reconventionibus.  
Reconvenio tam coram Ordinario, quam  
Delegato judge proponi debet, & quidem  
lite

Q

lite

lire pendentie prohibetur reus actorem coram alto Judice convenire, ne coram diversis judicibus eodem tempore agatur. c. fin. X. & c. dispensia. 3. de *Scripta in b. l.* si idem. 11. b. sed & si mutue. 1. ff. de *Juris*. Quod si verb' actor nolit reipondere libello rei in causa reconventionis, non tenebitur reus etiam actori ipsi in sua causa respondere. c. 1. & 2. h. t. Non tamen in omnibus causis admittitur reconventione, 2 sunt enim quedam exceptae. Ut non haber locum reconvenio in causa criminali, quia non relatione criminum, sed innocentia reus purgari debet. c. 1. & 2. causa, 3. q. 11. l. u. qui. 4. ff. de *Judicium publicis*. H. In causis executivis, quæ scilicet habent paratam executionem, ut in debitis confessionatis & deposito. l. penult. Cod. 3 *Depositii*. III. In causa *appellacionis*, l. 1. ff. Eum, qui appellaverit in Provincia defendi. IV. In causa spoliij propter privilegium spoliati, ex quo ante omnia restituendus est, c. super *spoliatione*. 4. de *Oratione cognitionis*. V. Excommunicatus quavis conveniri posit, ipse tamen actorem reconvenire non potest; quia reconventione non defensio, sed nova actio & impugnatio est, c. cum inter. 5. de *Except.* VI. Deinde non admittitur reconventione, si iudex super causa reconventionis cognoscere non possit, quia forte est spiritualis, aut indeclinabiliter ad aliud forum pertinens. Honor. b. t. b. 100. *convenit in causa*

6 Insignis est *controversia*, an Clericus agens contra Laicum in foro seculari, possit à Laico in eodem foro saltem in causis civilibus reconveniri? Pro negativâ facit, quod reconventione sit secunda conventione, sicut ergo Clericus non potest conveniri coram Judice Laico, ita nec reconveniri. Deinde quod in reconventione fiat *Judex com-*

*petens*, qui *ceteroquin* respectu *ad* competens non esset, sit ex jure prorogatis; ibi quod propter suum communem censeatur ultrò in ipsum conseruire; unde actiones coram eodem Judice & easdem cilitate, ac iisdem proprie expensis expeditur; haec autem ratio in Clerico habet eum non potest, quia Clericus jurisdictionem Judicis Laici in se prorogare nullus valeat. c. fi. *diligenti*. 12. de *Foro peti*. *Econtra* pro affirmativa adiace regula generalis, quod actor nulla in pertinentis fori exceptione se tueri possum minus coram eodem Judice in causa reconventionis respondere debeat. l. cum in *titulus*. 14. Cod. de *Sent. omnium* cum. cum. qui non cogitur. 22. ff. cuius aqua regula Clericus de Jure *Cocco* exceptus non reperitur. Haec ut tot ferè ab una quam altera parte habent tronus, ut Decius in cap. eti. *Clementem*. 15. 5. de *Judicis*, censeat in Pontificis decisione. Ego quidem ammnia puto, ad confuetudinem locorum tendendum esse cum Panorm. in cap. 1. & Decio diet. l. num. 156. Ubi vero qua consuetudo probari non posset, eximo sententiam affirmativam esse necessarium, non obstante contrario argumento quod Clericus jurisdictionem Judicis Laici prorogare non valeat; nam haec prorogatio non est voluntaria & descendens ex iato pacto Clerici, sed est necessaria & veniens ex autoritate legis, quia *Judex* causa reconventionis tribuit jurisdictionem in actorem, quam forsitan alias non habet. Illa etiam ratio, quod reconventione in cunda conventione, & propterea, quia conveniri, nec reconveniri possit, etiam probat; nam exinde sequeretur univeraliter actor, qui esset alterius

nam in illo judicio, quod inchoavit, reconveneri valeret, quod falsum esse nemo dicit. Videatur Vall. h. t. §. 1. num. 3. Iur. cod. tit. n. 4. Martha. de Juris d. p. 4. art. 2. casu. 107.

7 Recusatio non tantum ante vel immejde post item contestatam, sed etiam ex probabilitate sententia quandounque, ostendit eodem judicio, scilicet ante sententiam propria potest, quia in cap. stipendiis, reus quoque, de Rescript. in 6. generaliter dicitur, dari reconventionem durante eodem judicio, & in Novel. 96. C. illud. 2. dicitur, tum demum reconventionem moveri posse coram alio judice, si prioris finem acceperit. Vall. d. l. h. tit. s. 3. Speculator de Reconvent. §. 3. Coeterum causa conventionis & reconventionis simul tractanda una sententia terminandae sunt, cum prioritatem tamen actoris, seu causae conventions. cap. s. b. t. l. 1. C. Rer. anno 1. Quid est verum, si de utraque causa pariter liqueat; si autem prius liqueat de una quam de altera, judex poterit pronuntiare, de illa, de qua liquet, & si ab ea contingit appellari, poterit interim procedere in altera; quia sunt diversæ causa. Joann. Honor. h. t. n. 5.

## TITULUS V. De Litis Contestatione.

### SUMMARIA.

1. Quid sit & quomodo fiat litis contestatio?
2. Non fictio contestatio, si protestatio in contrarium addatur: quod limitatur in n. 3.
3. Omnis litis contestatio processu non valet nisi in iudicio summario.
4. Litis contestatio inducit quasi contractum inter litigantes,
5. non perpetuat actiones, interrupit prescriptio-  
nem &c.

Qq 2

de ve-

**L**itis contestatio nihil est aliud, quam declaratio voluntatis litigantium, quæ declarant & profitentur, le super causa controversia utrumque in judicio litigare velle. Vel brevius ita describi potest, quod sit, judicij constitutio facta affirmatione unius & contradictione alterius.

Item contestari dicitur tam actor, quam reus; actor quidem affirmativè, proponendo suam petitionem, reus vero negativè eidem contradicendo, Gail. lib. 1. Obs. 73. num. 1. & 2. Quod si reus affirmativè respondeat & fateatur se debere, quod petit actor, nulla est litis contestatio; vel enim perseverat in illa confessione, & nulla est lis inter consentientes, ac consequenter etiam nulla est litis contestatio; vel opponit aliquam exceptionem, e.g. dicendo centum, quos petis ex causa mutui acceperit quidem, sed jam solvi, vel reciprocè debes mihi ex alia causa centum, & tali casu tantum fiet litis contestatio, si actor solutionem vel reciprocum debitum negaverit, unde per talen exceptionem affirmativam quodammodo sit actor; quia ipsi incumbit onus probandi suam exceptionem.

Sed quid si reus protestetur, quod per suam responcionem nolit item contestari, an si simpliciter neget intentionem actoris, nihilominus confatur lis esse contestata? Et quamvis alias protestatio actui contraria non relevet, tamen communis est sententia, quod in hoc casu conservet jus protestantis, & impediatur litis contestationem. Hujus ratio reddi potest, ne tam promptius ad item instaurandam; idque tunc saltem procedet, si reus adferat rationabilem aliquam causam, cur hic & nunc item contestari nolit; ut quia licet forsitan certus non sit de indebito, est tamen in firmâ opinione &c. cupit tamen adhuc apud se & alios